

non sufficerent yperpera vi mille predicta, quod acciperent de pecunia supradicta, et secundo anno acciperent de pecunia tercij. Quia predicta pecunia annorum trium non uidetur sufficere. Sed adhuc magna quantitas requiritur per ducham et consiliarios presentes, sine qua, dicunt, ipsa laboreria non posse compleri. Consulunt dicti sapientes, ne bonum inceptum in utilitatem maximam omnium desinat et perdatur, quod committatur duche et consiliarijs quod possint adhuc accipere modis prescriptis, pecuniam duorum annorum sequentium, predictos tres annos. Ita quod si non sufficeret pecunia primi accipient de pecunia secundi, pro laborerijs suprascriptis. 10
15

De sic 72 – de non – non sinceri 3.

18

Τὰ παρὰ τοῦ τεχνίτου Φραγκίσκου Μπάρκη ζητηθέντα σιδηρικὰ ἀξίας λιτρῶν γροσίων 25-30 ἀναγκαιοῦντα εἰς τὰ λιμενικὰ ἔργα Χάνδακος ἀποστέλλονται, καθὼς ἔυλεια καὶ ἄλλα ζητηθέντα. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F^o 46^{to} № 391. Eodem die.

1

Capta. Item quod mittantur pro dictis laborerijs ferramentum et lignamen petita propterea per magistrum Franciscum a Barchis que uidentur ascendere a uiginti quinque ad triginta libras grossorum. Et similiter dimidietas manorum ambarum sortarum petitarum per eundem magistrum Franciscum pro prefatis laborerijs transmittatur, scribendo duche et consiliarijs, quod de alia sartia minuta quam ipse magister Franciscus petit prouideant et recuperent de inde, cum credamus ipsos de inde huiusmodi sartiam minutam, posse habiliter inuenire. 5
8

19

Περὶ ἐπιστροφῆς δανείου 3845 ὑπερπύρων καὶ 5 γροσίων πρὸς κατασκευὴν διπυρίτου διὰ τὰ κάτεργα τῆς ἐνόσεως κατὰ τῶν Τούρκων. 1336, Φεβρουαρίου 15.

F^o 47^r № 392. Eodem die.

1

Capta. Ad expensas factas per ducham et consiliarios Crete, pro biscocto galearum nostrarum unionis et pro armata trium galearum armatarum per ipsos in Creta, quas expensas dicunt summarie ascendere yperpera triamilia octingenta quadraginta quinque, et grossos quinque, que petunt ut ea restituant in depositis certarum specialium personarum camere Crete unde acceperunt ipsa, consulunt dicti sapientes, quod mittantur eis omnes dicti denarij per illum modum, qui melior et utilior apparebit, ut ea restituant in depositis antedictis. 5
8

20

Τὰ ζητηθέντα διὰ τὸν ναύσταθμον ἀναγκαῖα νὰ ἀποσταλῶσι πλὴν τοῦ παρασκέψου, τὸ ὅποιον νὰ κατασκευασθῇ ἐν Κρήτῃ. 1336, Φεβρουαρίου 15.

